Premisliensi Societatis Jesu praefato moderno et pro tempore existenti ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem vadijs praefatis aut uno quoque eorum se[illegible] et speciali vadio taliter ad solvendum ex quacunque et causa succubito ac re aliqua ex praemissis non completa complendaque nihilominus praemissis Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Maximilianus Trzcynski aut eius Successores ac Bonorum praefatorum Heredes et possessores Citati existentes Ad Instantiam praedicti Reverendi ac Religiosi Patris Petri Starzenski Rectoris Collegij Premisliensis Societatis Jesu aut eius Successorum totiusque Collegij eiusdem Premisliensis Societatis Jesu praedicti moderni et pro tempore existentis ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere Respondere pro vadijsque praefatis ac re ipsa principali pro qua Citatus tanto in toto quanto in parte toties quoties opus fuerit satisfacere ac omne Judicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos Successores Bonorumque praefatorum Heredes et possessores pro tempore existentes ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum Legationis intra vel extra Regnum Servitio Militari ad Munimenta ad Quietorem vel alijs quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem ultra proximos Terminos officij praefati Castrensis Premisliensis Dillationem sibi non recipiendo nullasque motiones Appellationes ac eorum prosequiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Quarionibus Suspensionibus Tabulis Juris praescriptionis Terrestri bello conventionesque et alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Ulinskiemu Recognitionem certam Roborat:

Comparens personaliter eorum officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Maximilianus Trzcynski sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quo ad Actum Juris attinet se eorum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam publice libere ac per expressum recognovit. Ita ipse se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusvis

Salutis

Salutis et Salvendis Generoso Georgio de Ulyna Ulynski eiusque Posteris inscribit et obligat praesentibus Recognitionem certam manualem per se Recognoscentem in manus ipsius ratione Certorum rerum et Conditionum in eadem Recognitione contentarum de Actu et Data illius sui Premisliae Feria Tertia proxima praetenta datam manu sui Recognoscentis propria subscriptam et sigillo communitam In omnibus et singulis eiusdem Recognitionis Conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus generaliter universis firmiter tenere complere exequi ac exsolvabiliter observare eidemque Recognitioni et omnibus illius contentis tam in toto quam in quavis minima parte satisfacere Recognitionem praedictam ad Inscriptionem praesentem et Inscriptionem praesentem ad praefatam Recognitionem vicissim in toto referendo. Idque sub vadio Nongentorum Florenorum pecuniae polonicalis per eundem Recognoscentem Generosum Maximilianum Trzcynski vel eius Successores praedicto Generoso Georgio de Ulyna Ulynski eiusque Posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tanto in parte quanto in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac re aliqua principali ex praemissis non completa complendisque praemissis Citatus existens memoratus Regnus Generosus Maximilianus Trzcynski vel eius Successores Ad Instantiam suprascripti Generosi Georgij de Ulyna Ulynski aut eius posterorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere Respondere vadium praetactum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne Judicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eiusdem Causae Terminos semper peremptorios vera Infirmitate pro maiori Minorennitate Successorum Legationis intra vel extra Regnum Servitio Militari ad Munimenta ad Quietorem vel alijs quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem ultra proximos Terminos officij praefati Castrensis Premisliensis Dillationem sibi non recipiendo nullasque motiones Appellationes ac eorum prosequiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Quarionibus Suspensionibus Tabulis Juris praescriptionis Terrestri bello conventionesque et alijs omnibus Juris remedijs et defensis non evadendo nec quovis modo subterfugiendo Hac sua personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Prostinski et Ruczkowski Roborat

Comparentes personaliter eorum officio et Actis praesentibus Castrensibus